

Tr. jur. sing. 1594. c.

9

Q. D. B. V.
DISSERTATIO JURIDICA
continens
POSITIONES MISCELLANEAS
EX
MATERIA
DONATIONUM,

QVAS

PRÆSIDE

VIRO *Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo,*
atque Excellentissimo,

DN. JOHANNES HENRICO
FELTZIO,

U. J. D. Pandectarum & Juris Cano-
nici Professore Publico Ordinario, Capit.
Thomani Canonico,

SOLENNI Disquisitioni sistit

ad Diem XIII. Decembris An. M DCC XIX.

JACOBUS ANTONIUS
BONNEAU, Metensis.

ARGENTINÆ,

LITERIS JOHANNIS PASTORII.

80

1711

POSITIONES THEOLOGICAE

M. A. J. R. A.
DONATIONUM

Conspectus

FRANCISCAE HENRICO
L. F. T. X. I. O.

FRANCISCAE HENRICO
L. F. T. X. I. O.

JACOBUS ANTONIUS

BONINAE

FRANCISCAE HENRICO



POSITIONES MISCELLANÆ

Ex

MATERIA
DONATIONUM.

POSITIO I.



Donatio potest fieri vel pacto,
vel contractu, vel traditione
ipsa.

II.

Donatio recte dividitur in donatio-
nem inter vivos, & donationem mortis
causa, quarum prior regulariter est irre-
vocabilis, posterior vero revocabilis usque
ad mortem.

A 2

III.

III.

Donatio mortis causa differt à Legato, tum in eo, quod donatio mortis causa requirat acceptationem, legatum non item; tum in eo, quod legata dependeant ab hereditatis aditione, donatio mortis causa non æque.

IV.

Ad donationem mortis causa non sufficit, ut mortis aliqua fiat mentio, sed requiritur, ut disponatur in casum mortis.

V.

Potest quis in agone mortis constitutus, donare inter vivos, etiamsi mortis propinquæ intuitu donet, & se donare declaret.

VI.

In dubio potius præsumendum est, donationem inter vivos factam esse, quam donationem mortis causa.

VII.

VII.

Si quis donet mortis causa, adjecta clausula irrevocabilitatis, tum negotium transit quoad effectum in donationem inter vivos.

VIII.

Donatio mortis causa insinuatione opus non habet; habet autem donatio inter vivos, si excedat quingentos solidos.

IX.

Dos aliquo modo potest referri ad donationem; non est tamen semper merus actus liberalitatis, cum pater regulariter teneatur dotare filiam.

X.

Donatio propter nuptias dicitur doti æquiparata; sed multæ tamen inter utramque occurrunt differentiæ.

XI.

Donatio inofficiosa non æque venit rescindenda, ac testamentum inofficiosum.

XII.

Ex donatione pacto tantum facta jure Romano veteri non dabatur actio; datur autem hodie condictio ex *l. 35. C. de don.*

XIII.

Donatio inter conjuges Jure Romano est prohibita; nec male.

XIV.

Donatio Morgengabæ seu matutinalis in Jure quidem Romano fundamentum non habet, usu tamen recepta est.

XV.

Supervenientia liberorum justam præbet causam revocandi donationem Jure Civili; non item Jure Canonico.

XVI.

Liberorum nomine hic veniunt legitimi, non item adoptivi.

XVII.

Si donatio semel ob supervenientiam
libe-

liberorum sit revocata, manet revocata, etiam si liberi postea moriantur.

XVIII.

Pater potest beneficio revocandæ donationis propter supervenientiam liberorum renunciare, ita, ut postea revocare nequeat.

XIX.

Hoc tamen non obstat, quo minus liberi postea possint querelam inofficiosæ donationis instituere.

XX.

In donationibus Principum rei donatæ dominium absque ulla traditione transit in donatarium.

XXI.

Donatio revocari potest etiam ex causis non specialiter à Justiniano recensitis, modo ad aliquod causarum genus possint referri.

XXII.

XXII.

Filiusfamilias licet testamentum con-
dere non possit, potest tamen mortis cau-
sa donare.

XXIII.

Pupillus regulariter donare nequit;
imo ne tutor quidem nomine pupilli.


XXIV.

In accipienda autem donatione pu-
pillus autoritate tutoris opus non habet.

XXV.

Nec opus habet in acceptando Le-
gato, cum & legatum sit donatio
quædam.

FINIS.



Tract jur civ.
290

